Capitulū.85.

Mendaces ſunt aliquādo
perſone ⁊ ſpecialiter mulieres
excuſando ſe a maliſ operibus
de q̄bus aliq̄n arguuntur. ſic
excuſauit ſe ſara vxor abrae ti
more perterrita dicens. Non
riſi. ⁊ mentita eſt. Gen̄.xviij.
Multa mendacia dixit Pha
rao moyſi ſe excuſando vt di/
mitteret populū. Exo.viij.et.x
Os illiuſ q̄ mentitur occidit
animā. ⁊ etiā aliq̄n corpus. ſi
cut anania ⁊ zaphira excuſā/
tes ſe mendaciter corā Petro
dire mortis ſniam incurrerūt
Actuū.v. Mendaciū offici
oſum remuneratū eſt in p̄ſen/
ti nō in futuro. Sic mendaci
um obſtetricum que dixerunt
pharaoni vt filios iſrael paru/
los nō necaret. Exod.i. Tem/
poraliter remunerata eſt raab
que mentita eſt officioſe. vt ex
ploratores iſrael liberaret Joſue
ij. Officioſe mentitus eſt chu
ſi pro ſaluatōe dauid dicens
abſoloni. Sicut fui cum pa/
tre ita ero tecum. ij. Regū.xvi.
Mentita eſt etiam officioſe il
la mulier que nuncios dauid
ſub velamine abſcondendo ce
lauit. ij. Regū.xvij.

Capitulū.85.

De miraculis diuine po/
tentie.

Miracula fecit deus in ce
lo cum corporibus ibi con/
tentorum
In angelis minoribus mo
re miniſtrorum
In igneis ardoribus ſepe
paſſiuorum
Aere tenoribus perditis va
porum
Aqua que liquoribus ius
dat humidorum
Terra que culroribus fru/
ctuum dat laborum
Beſtiarum morſibus atq̄
iumentorum
Ex progenitoribus ortu fi
liorum
Hominum ſaporibus dedi
tis ciborum
Hominum erroribus icor/
rigendoꝝ
Hominum terroribuſ exita
bellorum
Hominum doloribus car
nis egrotorum
Hominum ſaporibus mor
i deditorum

Iracula fa
cit deus in celo et ce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leſtibus corporibus inter que
miracula ꝑcipuũ fuit prima
creatio q̄n deus celũ creauit
ī principio. ⁊ poſtea quarto die
ſolem ⁊ lunā ⁊ ſtellas ⁊ ſigna
⁊ tempora mirabiliter ordina
uit. Gen̄. i. Ita fuit mirabilis
mundi creatio ꝙ eius noticia
nō potuit niſi per reuelationē
haberi. Vn̄ Gregorius ſuper
Ezechielem omelia. i. De pre-
teritis ꝓphetauit moyſes di-
cens. In principio creauit. ⁊c.
Non ꝙ predixerit futura. ſed
ꝙ predixit occulta. Hec Greg.
Stetit ſol ad vocem ioſue di
centis. Sol contra gabaō nō
mouearis. Ioſue. x. Valde fuit
mirabile ꝙ ad petitōēz Ezech
iel ſol decem lineis retroceſſit
iiij. Regum. xx. Stella q̄ mi-
rabiliter ī oriēte apparuit ma-
gos ad chriſtum adorandum
adduxit Matthei. ij. In paſſi
one chriſti facte ſunt tenebre
ſole mirabiliter obſcurato. nā
cum luna eſſet. xv. ⁊ ſole in ꝑ
te celi oppoſita non liceet natu
raliter eccliпſari. Quod mira
culum dyoniſius vidēs dixit
Aut de⁹ nature patitur aut
mundi machina diſſoluetur
Matthei. xxvij. In aſcēſione
corpus dn̄i eſt in celum mira
biliter eleuatū. Actuū. i. Hora
tertia factus eſt repente de ce
lo ſonus ⁊ ſpūs vehemens de
celo apoſtolos illuſtrauit. A-
ctuū. ij. Paulum miraculoſe
lux de celo circūfulſit. ⁊ ipſe vo
ci celeſti celeriter obediuit. A-
ctuū. ix. Miracula fecit de
us in angelis ⁊ celeſtibus ſpi
ritibus. quos tanꝙ miniſtros
noſtros pluries in noſtro ſerui
cio deputauit. Vnde angeli
Loth de ſodomis mirabiliter
eruerunt. Gen̄. xix. Angelus
ad locum flentiū veniens fi-
lios iſrahel ad penitentiā exci
tauit. Iudicū. ij. Heliam fati-
gatum in itinere angelus a-
quam ⁊ panē ſubcinericium
miniſtrauit. iij. Reg. xix. Pu-
ero territo oſtendit heliſe⁹ cur-
rus aſſiſtantium angelorũ.
iiij. Regū. vi. Reſurgente chri
ſto āgelus domini de celo de
ſcendens ſepulcrū cuſtodien-
tes exterruit. Mat. xxviij. A-
poſtolos in carcere ſub publi-
ca cuſtodia poſitos nocte an-
gel⁹ domini liberauit. Actu.
v. Liberauit miraculoſe ange
lus petrum vinctum catheis
duabus. ⁊ a ſedecim militibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulū. 85.

cuſtodientibus eū. Actuū. xij
De hac materia quere multū
de āgelis bonis. ca. xi. ꝑ totū
Miracula multa fecit deꝯ
in q̄tuoꝛ elementis ꝛ vt facili⸗
us a legentibꝯ miracula predi
cta valeāt ordinare ꝑqrī de
quolibet elemēto diſtincte et
ſingulariter ꝑcūctemur. Pri/
mo nāqꝫ deus miracula opera
tus eſt ī elemēto ignis qn̄ fili
oſ iſrl' in colūna ignis per no
ctē de egiptiaca ſeruitute per
duxit. vt habetur Exodi. xiij.
Helyas ignem conſumentem
holocauſtū miraculoſe a dn̄o
impetrauit iij. Reg. xviij. Ad
vocem helye deſcendit ignis
de celo ꝛ duos quinquagena
rios deuorauit. iiij. Re. i. Ignis
egreſſus a dn̄o ſuꝑ ſodomā ꝛ
gomorrā ciuitates et hoīes ſub/
mergēdo deuaſtauit. Ge. xix
De turribulo impioꝝ ignis e
greſſus multos incredulos cō/
cremauit. Nu. xvi. Dignum
memoriale fuit illud qđ tres
pueri in camino ignis ardētiſ
ludentes ꝛ benedicentes deū
illeſi ꝛ incolumes perſiſtebāt.
Dan. iij Miracula multa
fecit deus in aere ꝛ vaporibuſ
exiſtentibus in eodē. Nam e

greſſos filios iſrael de egipto
dn̄s in columna nubis per di
em protegendo preceſſit. Exod.
xiij. Leuauit moyſes manuꝫ
in aere ꝛ facta eſt grando qua
lis nunq̄ fuit in terra egypti
Exod. ix. Pugnantibus q̄nqꝫ
regibꝯ cōtra ioſue fcā ē grādo
ſicut lapides corruerūt ſuꝑ eos.
Joſue. x. Orante helya annis
tribus ꝛ menſibus ſex aer plu
uiam nō emiſit. iij. Regū. xvij
Iteꝝ eo orāte venti ex aere plu
uia ſuper terrā. iij. Regū. xviij
Pulcrū miraculū oſtendit de
us tribus diſcipulis in trāſ
figuratione eius qn̄ loquente
domino eos nubes lucida ob
umbrauit. Mat. xvij. Marci
ix. Luce. ix. Miracula mul
ta fecit in elemento aque quā
do firmamentū fecit in medio
aquarū ſuperiores ab inferio/
bus diuidens, ꝛ poſtmodū ex
aqua reptilia ꝛ volatilia in eſ
ſe producens. piſces producēs
gurgiti. reliquas aues in aere
collocauit. Gen̄. i. Cuꝫ deus
aquis diluuij tangeret omēꝫ
terrā noe cum filijs ꝛ vxoribꝯ
in arca ſuper aquaſ miraculo
ſe ſaluauit. Gen̄. vij. Satis
fuit magnū miraculū ꝙ do/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

minus aquas egypti cōuertit
in ſanguinem. Exo.vij. Ma⸗
gna valde miracula operatus
eſt qn̄ mare diuiſit ⁊ aque ſta/
rent pro muris a dextris et a
ſiniſtris. donec filij iſrael ſic/
ce tranſierunt. vt habetur Ex/
odi. xiiij. Per lignū oſtenſum
ſibi a domīo moyſes amaras
aquas ſubito dulcorant: Exo.
xv. Aquā de petra durïſſima
ſitienti populo deus miracu/
loſe ꝓduxit. Exo. xvij. Ingreſ⸗
ſi filij in iordane aque ſuperio
res ſteterūt. inferiores vero in
mare mortuū deſcenderūt. et
ſic ipſi per arentez alueū trāſi
erunt Joſue. iij. Helyas ſuo pal
lio tangens aquas iordātis ip
ſas diuidēs libere ꝑtranſiuit
iiij. Regū. ij. Heliſeus dei po/
tentia fecit illud idem mira/
culum aquas iordanis ſimi/
liter diuidendo. iiij. Regum. ij.
Fecit idem heliſeus natare fer
rum grauiſſimū ſuper aquas
iiij. Regum. vi. Tempeſtate in
mari domino dormiente ad e
ius imperiuz mare quieuit. vt
habetur Mat. viij. Ad precе/
ptum domini diſcipuli rhe/
ti mittentes in mari plenum
magnis piſcibus extraxerunt

Johannis. xxi. Luce. v. Mi
racula multa operatus eſt de
us in elemento terre. quando
animalia produxit ex ea ⁊ ho⸗
minem de eius limo habita d
liberatione produxit. Geneſ.
i. ⁊ ij. Grande ⁊ terribile mira
culum fuit quando terra ſe ap
peruit ⁊ dathan ⁊ abiron mur
murantes ſubito deglutiuit.
Numeri. xvi. Non fuit par⸗
uum miraculū quando illi de
nazareth ira repleti precipita⸗
re dominū voluerunt cum in
ter eos ambulans ſe abſcōdit.
Et ſcdm Bedam terra ⁊ lapi/
des cedentes corpori ſuaz ima
ginem tenuerunt impreſſam.
Luce. iiij. In paſſione domini
terra mota eſt et petre ſciſe ſūt
et aperta ſunt lapidea monu⸗
menta. Matthei. xxvij Reſur
gente domino factus eſt ter/
remotus cuius timore exterri
ti ſunt cuſtodes. Mat. xxviij.
Paulus et ſilas dum eſſent
in carcere terremotus factus
eſt et vincula ſunt ſoluta. vt
clare habetur Actuum. xvi.

Miracula fecit deus in a⸗
nimalibus ferocibus ſilueſtri
bus et alijs pluribus contra
naturam ipſorum mirabilia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

operando. Nam balaam cuꝫ
iret ad maledicenduꝫ populo
dei fuit ab aſina quam ſtimu
lo feriebat redargutus. Nūe.
xxij. Ad heliam ꝓfugum a fa
cie Jezabelis corui panes ⁊ car
nes quottidie deferebāt. iij. Re
gum. xvij. Danieli poſito ī la/
cu leonum leones mirā man/
ſuetudinē ei oſtenderunt. Da
nielis. vi. ⁊ xiiij. Piſcis q̄ Jo/
nam naufragū diuorauit poſt
triduū cōſeruauit in columē
ipſum euomando. Jone. ij.
Miracula multa deus opera
tus eſt in hominibꝰ. ⁊ hoc mul
tipliciter ſcđm multiplicē ſta/
tum hoīm in quibus eſt mi/
racula operatus. Et primo in
natiuitatibus miraculoſe ho
mines producens. Sic mira
culoſe natus eſt Jſaac per re/
promiſſionem a dn̄o reuelataꝫ
Geneſis. xviij. ⁊ xxi. Sam/
pſon miraculoſe conceptꝰ duꝫ
eius conceptus parentibꝰ ab
angelo nunciatur. Judic. xiij.
Filius mulieris ſunamitis fu
it a dn̄o per heliſeum precibꝰ
imprecatus. iiij. Regum. iiij.
Angelus domini qui apparu
it Zacharie Johannē naſcitu
rum miraculoſe nūciauit. Lu.
primo. Mirum et dulce valde
miraculū ꝙ chriſtus ⁊ deus
⁊ homo eſt conceptus et natꝰ
de virgine. ad quod q̄dem mi
raculum annunciandum Jo/
hannes in vtero matris exul
tauit. vt clare habetur Luce. i.

Miracula fecit deꝰ in ho
minibus eos cibis ⁊ potibꝰ nu
triendo. ⁊ aliqua que ad vitaꝫ
corporis ꝑtinent largiendo. Jō
em̄ deus vniuerſoꝝ lignorum
fructus homini ī paradiſo tra
didit adveſcendū. Et lignum
vite in medio vt pomū vetitū
derelinquens ⁊ fructū come/
dens ligni vite viueret in eter
num. Gen̄. i. Dedit dn̄s p̄plo
coturnices ⁊ manna ad man
ducandū ⁊ aquā ſimiliter ad
bibendū. Exo. xvi. ⁊ xvij. Mi
ſit deus carnes in abundātia
carnes frangentibus in deſer
to. Nume. xi. Quadraginta
annis adduxit deus filios iſ/
rahel per deſertum. ⁊ nō ſunt
attrita veſtimenta eorum nec
calceamenta eorum vetuſtate
conſumpta. Deute. viij. Pre/
parauit dominus cibum eſu
rienti helye per viduam ſare/
ptanam cui farina ydrie non
defecit. nec lechitus olei ē. di/

minutus.iij.Regū.xvij. Per
helíſeum augmentauit dn̄s
oleū in ſubſidijs mulieꝝ debi
tis obligate.iiij.Regū.iiij.De
ficiente vino in nuptijs aq̄m
in vinū cōuertens primū mi
raculū eſt dn̄s operatus.Joh.
ij.De paucis panibus ⁊ piſci
bus ſaluator multa milia po
puli duabus vicib⁹ ſatiauit ⁊
multas fragmentoꝝ reliqui
as q̄ ſupererant apoſtoli col
legerūt.Mat.xiiij.Marci.vi.
Johan.vi.Luce.ix. Miracu
la multa operatus eſt dn̄s in
omnibus peccatoribus eos diui
nis miraculis corrigendo ⁊ pu
niendo.Nā q2 omnis caro cor
ruperat viā ſuam hoīes aqua
diluuij inundatione purga
uit.Gen̄.vij.Peccatum ſup
bie turrim edificantiū de⁹ lin
guaꝝ confuſione puniuit.Ge
neſis.xi.Propter punitōnem
chore ⁊ complicū eius fuerūt
multa mirabilia perpetrata.
Numeri.xvi.⁊.xvij.Propter
arcam captā puniēs dn̄s phi
liſteos multa eſt miracula ope
ratus.i.Regū.iiij.v.⁊.vi.Ex
ercitū regis ſyrie neq̄ter operā
tem dn̄s cecitate percuſſit.iiij
Regū.vi.Helíodorus volens
expoliare templū miraculoſe
fuit acriter verberat⁹.ij.Mach
iij.In figura hominum ſine
fructu bonoꝝ operū maledixit
dn̄s ficulnee ⁊ fuit ſubito a
refacta.Mat.xxi.Elymā ma
gum reſiſtentē apoſtolis pau
lus priuauit lumine oculoꝝ
Actu.xiij.Cum q̄dam ī noīe
dn̄i ⁊ pauli dertſiue demonez
adiurarent ipſe inſiluit cōtra
eos.Actuū.xix. Miracu
la plura fecit deus hoīb⁹ bel
lis ⁊ terroribus vexatis ab a
lijs eos defendendo miraclis
⁊ alios opprimendo.Naz poſt
ſeptem circuitus muri iericho
funditus corruerūt.Joſue.vi.
Jonathas ⁊ armiger eius per
cuſſerunt tot homines q̄d fa
ctum eſt miraculum.⁊ turba
ta ſunt caſtra.i.Regum.xiiij.
Magnū fuit mirū q̄ Dauid
philiſteum in funda ⁊ lapide
ſuperauit.vt h̄ .i.Reguz.xvij
Obſidente ieruſalem rege ſe
nacherib cētumoctogintaq̄n
q3 milia hominum ſunt ꝑcuſ
ſi.iiij Regū.xix.Aduerſarij io
ſaphat in ſe ipos conuerſi mu
tuis ſeuulneribus conciderūt
ij Para.xx.Propter auxiliuz
datum a dn̄o centum viginti

Capitulū.85.

milia hoīm perierūt q̄ omes a
iuda machabeo ⁊ a ſuiſ fratri
buſ fuerūt in bello interempti
ij.Macha.viij. Miracula
fecit deus in hoībus dolenti
bus ⁊ infirmis q̄cunq3 fuerit
infirmitate detenti.In cui⁹ fi
gura percuſſi ſunt filij iſrael
ſerpentibus per ſerpentē eneū
q̄ criſtū ſine veneno peccati pec
catoribus ſimilem figurabat
ſunt a doloribus liberati. Nu
me.xxi.Heliſeus naaman le/
proſum in iordanis flumie ſe/
ptena lotione ſaluauit.iiij re/
gū.v.Thobias q̄tuor ānis ce/
cus felle piſcis miraculoſe eſt
per angelū liberatus.Thob.xi
Chriſtus multos egros ſana
uit varijs ⁊ diuerſis languo
ribus.Nā duos leproſos cu/
rauit.vnū demoniacum.De/
cem leproſos cū ingrederetur
quoddā caſtellum.de quibus
vn⁹ ſolus reuerſus dedit lau
dem deo.Luce.xvij.Demoni/
acos criſtus liberauit de quo
rū vno patet.Mat.ix.De alte/
ro matthei.xij.Luce.xi.d vno
alio.mat.xvij.Mar.ix.De a/
lio ſcz ceco ſecus viā habetur
Marci.x.Luce.iiij.De infir/
mis in genere inter quos ceci
mat.xx.De magdalena legit
eieciſſe ſeptem demonia.id eſt
ſeptem peccata mortalia.Mar.
vltio.Singulariter eī vnde
cim īfirmos ſanauit.ſcz ſocrū
petri a febribus.mat.viij.Pa
ralitticū per tectum dimiſſum
mat.ix.Idropicum Luce.xiiij.
Habentem manū aridā.mat.
iij.Languidū ad piſcinā.Joh.
v.Incuruatā mulierē Luc.xiij
Seruū centurionis.matthei
viij.Filiū reguli q̄ incipiebat
mori.Johan.iiij.Mulierē flu/
xum ſanguinis patientē.mat
ix.mar.v.Et malchū ſeruum
principis ſacerdotū cui petruſ
auriculā amputauit.Lu.xxij.
Petrus ſanauit claudū.actu
um.iij.Et paralliticū iacentem
in lecto.vt habetur Actuū.ix.
Vmbra petri ſanauit īfirmoſ
Actuū.v.Et philippo predicā
te multi ſanati ſunt.Actuu3
viij.In ciuitate liſtriſ paulus
claudum ex vtero matris ſa/
nauit Actuum.xiiij.Puella3
a ſpiritu phitonico liberauit.
Actuū.xvi.Sudaria ⁊ veſteſ
pauli languores curabant.vt
habetur Actuū.xix. Mira
cula facta ſunt virtute diuīa
ſuper hominib⁹ mortuis eos

ſuſcitando. Sic helyas filiuꝫ
mulieris matriſfamilias eiuſ
hoſpite a mortuis ſuſcitauit.
iij. Regū. xvij. Heliſeus filiuꝫ
ſunamitiſ ſuſcitauit a mortu
is quem ei ſuis precibus im-
petrauit. iiij. Reg. iiij. Oſſa de
functi cadaueris tangens ip̄i
us heliſei defunctus ꝓtinus
exurrexit. iiij. regū. xiij. Salua
tor noſter tres mortuos ſuſci-
tauit. ſcꝫ filiā archiſynagogi ī
domo patris. mat. ix. marci v.
Filium vidue extra portā de-
latum. Luce. vij. Et lazarum
quadriduanū mortuuꝫ in mo
numento vetitū. Johānis. xi.
In paſſione domini inter alia
ſigna miraculoꝝ multa corpo
ra ſanctorum ſurrexerūt. mat.
xxvij. Ipſe etiam ſaluator mi-
rabiliter ſurrexit a mortuiſ ia
nuis clauſis diſcipulis ap-
parendo. Johan. xx. Petrꝰ vo-
cauit thabitam mortuā ꝛ illa
aperuit oculos ꝛ reſpondit. vt
hr̄ Actuū. ix. Cū paulus pre-
dicaret cecidit de feneſtra ter-
tij cenaculi adoleſcens. ꝛ ſub
leuatus eſt mortuus. ad queꝫ
deſcendens paulus et euꝫ in
nomine dn̄i noſtri Jeſu criſti
ſuſcitauit. Actuum. xx.

Capitulū. 86.

De morte euentus in cōi
Mortis euentus ex pecca
to creditur orbē introiuit
Vita carniſ deditus timet
homo dum viuit
Sed virtute preditus ip̄m
acquiſiuit
Quem preſſure deditꝰ val-
de concupiuit

Mortis ſen
tentiā hō per pctm̄ in
currit. qꝛ diabolus motꝰ inui
dia procurauit. Inuidia em̄ di
aboli mors introiuit in orbeꝫ
terraꝝ. Sap. ij. nō ſolū ꝫm cor
pus ſꝫ ꝫm aīaꝫ hō moritur ꝓp̄
pctm̄. Nā dictū fuit hoī a dō
Quacūqꝫ hora comederitiſ. ꝛ
mādatū trāſgreſſi fueritis mor
te moriemini. Ge. ij. Jō lōga vita
videbatur eē cuſtodia legiſ. vn̄
lōgeuo viuetis tpe. Deute. v.
Ob hāc cām ob memoriaꝫ ꝗ
pr̄es nr̄i peccauerūt ꝛ mortē i
currerēt poſt deſtructōeꝫ vite cu
iuſlibet an̄ diluuiū mortuꝰ eſt
Gen. v. Mors timēda ē ꝫm
carnē cū ſit finis oīm terribi-
lium. nō enim patres antiqui
mortem timebant ex ratione